UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Post p[ri]mum b[e]n[e...]. de d[omi]n[ic]a. Ad matut[ina] an[...]. ps[...]. v[...]. et sex prima R[...]. [...] co[m]muni apostolo[rum]. Sermo beati maximi

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

et dedit illis gl'iam ſempiter=
nam quorum doctrina fulget
eccleſia vt ſol et luna all'. Col'
Deus cuius dextera. Poſt p̄
mum bn̄d. de dn̄a. Ad matut
an̄. ps̄. ℣. et ſex prima ℟. d cō
muni apoſtolorum. Sermo bea
ti maximi Lectō prima
G Loriosiſſimos chriſtia
ne fidei principes annuis ſo=
lennitatibus honorantes fra
tres chariſſimi ip̄m dominuz
ac deum noſtrum qui huiꝰ au
ctor eſt fidei debita religione
veneramur. Apoſtoli nāq̄ la
tino ſermone dicuntur miſſi.
Qui ergo honorant miſſos:
manifeſtum eſt eos honorare
mittentem. Lectio ſecunda.
D ignitas que defertur mi=
niſtris illi ſine dubio cuiꝰ mi
niſtri ſunt exhibetur vt ait ip
ſe ſaluator ad diſcipulos ſuos
Qui vos audit me audit: et
q̄ vos recipit me recipit. Ve=
re beata apoſtolorū merita in
quibꝰ ſe chriſtus ꝛ recipi p̄di=
cat et audiri. Lectio tertia:
B eati nihilominus ꝛ illi q̄=
rum deuotō delata angelis re
currit in chriſtum. Tenentes
itaq̄ fratres tante promiſſio=
nis fidem de ſupplicijs patrū
noſtrorum pro chriſti confeſſi
one ſuſceptis fidelibꝰ gaudijs
exultemus. quoniā qui d̄ mar
tyrum morte letatur martyres
non dubitat cum chriſto reg=
nare poſt mortem. Tu autem
N os vero eccleſiarū Le. iiij.
omniū reuerendiſſimos p̄res
Petrum dico et Paulū p̄iſſi
mis ſtudijs honoremus. qui=
bus chriſti preſtāte gratia fa
ctus eſt hodie de morte nata
lis dies quibus finis vite vi=
uendi initium dedit. Quibꝰ
vt ait apoſtolus Paulus Vi
uere chriſtꝰ erat ꝛ mori lucrū.
Tu aūt domine miſerere nob
E rat vtiq̄ eis chri= Lectō. v.
ſtus viuere quibus vita non
erat ſine chriſto. Erat eis chri
ſtus viuere. quia totum chri=
ſti proficiebat eccleſijs qd̄ vi=
uebant. Erat eis et mori lu=
crum quo tali hac morte vitā
ſibi mercabantur eternaꝫ erat
eis mori lucrum quoꝝ corrup
tioni incorruptio ſuccedebat
ꝛ damna preſentium tempo=
rum lucra perpetua ſequeban
tur. Tu autem domie. L. vi.
H ic itaq̄ ille eſt petrus: qui
confitendo chriſtum dominū
viui dei eſſe filium validiſſi=
ma inuictaq̄ nobis creden=
di fundamenta conſtituit. nā
percunctanti dn̄o quis eē ab
hominibus diceret reſpondit
Tu es chriſtus filius dei vi=
ui. Tu aūt domine miſe. nob
I N illo Scd̄m matheū:
tempe: Juſſit ieſus di=
ſcipulos ſuos aſcendere in na=
uiculam ꝛ precedere eum trā'